

189
M.S.



189
M. f.

1600



S^{er.} Princeps Sig. Sig. Cle^{ma}

Mentre la piacevol Aura della benignità di VAS^{ma}
in questo tempo delle sue felicissime Nozze. Fa
adito ad ogni uno di poter liberamente entrare
nell' amenissimo giardino delle sue Heroiche
Virtù, et di gustare dei suauissimi odori nella con-
templatione di quelle; ho preso anchor'io ardire,
sotto l'ombra di Mons^{se}. R^{mo} Vesi^{se} di Lauante
di racorre una particella di tali fiori, et ne ho tessu-
ta una ghirlandetta con quell'ordine, che nella se-
guente oratione si può vedere, et se ben non vi è quell'
artificio nella dispositione di essi, che materia si pretio-
sa richiede; pure, ^{non dubito} qualunq^{ue} sia, che in qual uogli
mano ella uerra non habbia ad esser trattata con rispetto

ragionandon delle lodi di V.A.^{ma}, anzi potro
sperare che ogni solito ingegno pigliara occa-
sione piu tosto d'impiegarsi con alto stilo a ce-
lebrar i fatti illustri d'eterna memoria degni
di V.A.^{ma}, che uenghi a bruiare la bona uo-
lontà d'altrui. Dignati dunque V.A.^{ma} di
risguardar con sereno uolto questo piccolo
mio lauoro; accio ardischino ancor' altri
di porre la mano, et ad opnar la penna intor-
no alle sue grandezze con magior ardore; et
quantunque non sia opera che possi adornar il
Carro d'oro di Immanera, che con stupore et
giubilo di tutti nel nobiliss^o theatro delle sue
ualorosis^e giostre, è comparso, con di uarij
fiori, et di gratiose ghirlande ricchi, come di

2
pretiose gemme et uaghi rubini adorno, ma di ma-
esta molto maggiore, sendo carico della persona
di V.A.^{ma}; in quello almeno dei rozzi Satiri, o in
altro Carro, che con mille liuree di nobilissⁱ Canalic-
vi siegono l'orme delle sue ruote, gli conceda un luo-
co. Mentre con desiderio d'ogni sua honorata
palma, tutti pregano Sua D.^{ma}, che abondan-
tamente sparghi dal Cielo rugiada delle sue di-
uine gratie in fauore di V.A.^{ma}, et della sua
Ser.^{ma} Sposa Maria Anna, et prosperi questo san-
to Matrimonio con felicissimi soccorsi. D.
Graz li xxvij d'Agile 1600.
Di V.A.^{ma}.

Humilis^s et deuotiss^o Seruit.
Giorgio Qualtero Rom^o.

f

ORATIO

In Nuptijs Ser.^{ma} Principis Ferdinandi
Archiducis Austriae etc.

&

Ser.^{ma} Mariae Annae Bavariae Ducis etc.

Celebratis Gregij An. D. MDC. XXIII. Apr.
Dino Georgio Mar. Sac.

~~~~~

Omnis Spiritus laudet Dñm.

Qua res hominum animos a dicendo plurimum  
retardant, ea me hoc tempore ad id muneris pre-  
standum vehementer impellunt. Ser<sup>mi</sup>. Archiduces;  
tanta enim summorum Virorum frequentia, tam in-  
usitatus inauditusq; Nuptiarum splendor, et  
apparatus, tanta rerum omnium claritas ac magni-  
ficentia eiusmodi sunt, ut oratorem etiam perfectū  
omnibusq; numeris absolutum requirant. Hinc  
Clementis VIII. Pont<sup>is</sup>. Max<sup>i</sup>. Legatus Franciscus.  
Dietristan Card<sup>lis</sup>. Ampliss<sup>i</sup>. purpure suae splendore  
fulget, qui S<sup>mi</sup>. Christi Vicarij erga vos Ser<sup>mos</sup>. Princ<sup>es</sup>.  
pietatem plusquam paternam clarissime testatur.  
Adest eiusdem Sed<sup>is</sup>. Apost<sup>ice</sup>. Nuncijs, Hieronimus  
Comes de Portia, omni laude dignissimus. Adsunt  
sacri Antistites plurimi Viri gravissimi, qui coelestes

2  
benedictiones tam sancto conjugalis foederis initio  
abundē impertunt. Hinc Ser.<sup>mus</sup> Archidux Mathias  
armorum gloria splendet, qui Caesaris Maiestatis  
suosq; nomine fausto Patrius connubio congra-  
tulatur, idemq; una cum potentiss.<sup>is</sup> ac Religiosis.<sup>is</sup>  
Bavariae Ducibus Ferdinando Coniugis tuae Pa-  
trus, eiusdemq; Fratribus Maximiliano, Ferdinan-  
do et Alberto Tibi non tam sanguinis, quā amo-  
ris vinculo coniunctis, felicissimum et augustissi-  
mum esse in primis exceptat. adsumt oratores prae-  
stantissimi ex Ibericis, Sarmaticisq; oris remotissi-  
mis missi; alter Margaritae Sororis tuae Hyspa-  
niarum Reginae, alter <sup>Stadislai</sup> Sororis item Poloniae Re-  
ginae felicis. mem.<sup>or</sup> Filij quanta fuerit ex his  
Hymeneis concepta letitia praesentia sua declarāt;

am-

ambo potentissimorum Regum gratiam, benevolentiam,  
opulentiamq; omnem subentissimis animis pollicentur.  
Ex Italia vero quales viros potentiss.<sup>is</sup> Resp.<sup>ca</sup> Veneta,  
Magnus Dux eburnae florentissimus, et Mantuae Dux  
strenuissimus congratulationis ergo miserint, ex eo-  
rum aspectu, comitatuq; splendido facile animad-  
vertimus. Hunc etiam locum plurimum exornant  
torquebus ornati Proceres aureati, aliq; Viri in-  
cliti tam ex Ungaria, quam ex Germania universa.  
Ut plane Christiani Principes ad hos Hymeneos  
cohonestandos, et animorum letitiam augendam  
conspiraverint omnes. Cuius igitur tanta est ingenij  
vis, tantum eloquentiae lumen, qui in nobilissima  
Principum corona in ornatissima Nuptiarum pompa  
excellentes tuas, ac plane divinas virtutes vel di-

6  
cendo exornare, vel contemplando integri se posse  
confidat. Tua vero Ser.<sup>me</sup> Archid. Ferdinandi, tuarq;  
Ser.<sup>me</sup> Sponse Marie Annae modestia in omni virtut-  
um genere singularis, qua alienas libentius, quā  
proprias laudes audire solet, effecit, ut hactē-  
nū simpliciq; loquendi ratione hanc orandi provin-  
ciam suscipere non dubitauerim. praesertim cum nō  
in ludicro certaminum theatro, sed in pia orationum  
domo Deiq; templo, non de sanguinis augustissi-  
mi antiquitate, atq; animarum nostrarum omni nobi-  
litate, sed de huius Matrimonij sanctitate, deq;  
individua coniunctionis felicitate sim verba  
facturus. Magna quippe est Matrimonij sanctitas,  
qua mente potius concipi, quā verbo exprimi  
potest. Etenim si omnis nostra virtutis actio

diui

diuinitus alitur, ac sustentatur, unio sanē humani  
Coniugij non sinē magno diuinae bonitatis influxu  
contingat necesse est. Haec integerrimae Fidei vin-  
culis castiq; amoris nodo indissolubili arceatur,  
cum alter alteri dexteram porrigit, spondet uerbo  
animosq; spondet, ac uolens et libens totius uitae  
societatem communi consensu amplectitur. Haec  
florentes familias nutrit, opulentas Urbes condit,  
uastas Regiones colit, ac parentes ipsos iura libe-  
rorum a multis Civitatum oneribus immunes reddit,  
iammisq; honoribus nobilitatos ad supremas me-  
ritorum palmas extollit, atq; in posterorum memo-  
ria per longam filiorum seriem quodam modo effi-  
cit immortales. Haec coelestis Numinis arcanum con-  
bixet admirabile; sacramentum enim est magni Regis

et quidem magnum, quo Servatoris nostri unio cum  
Ecclesia integerrima, candidissima, fecundissima  
sponsa sua significatur. Itaque idem humani generis  
Redemptor, inter mortales mortalis ipse degens; ut  
homines doceret quam sanctum sit vinculum coniu-  
gale. Nuptias in Cana Galilee presentie sue san-  
ctitate consecravit, illasque primo palmam edito divi-  
nae suae potentiae signo coronavit, cum ad primum  
Matris petitiua aquam in vinum commutavit.  
Cum Virginis proles erat, opifex Virgo. Quo fa-  
cto Ecclesiae suae sponse mureculas aureas ver-  
miculatas argento concessisse videtur, ut ea scili-  
cet duplici filiorum sorte beata, et candida Virgini  
multitudine, et Conjugatorum fecunditate circum-  
data coram Sponso suo coelesti pulchrior compareret.

7  
Ergo felices illos, terque quaterque beatos mento  
possumus appellare, qui eiusmodi Candidatorum  
numero adscripti inter suavisima conualium  
lilia spatiantur, et Agnum immaculatum, quocun-  
que inveniunt, sub luce meridiana libere sequuntur.  
Felices item, qui Conjugatorum votis adstricti,  
mutui amoris, et concordiae bono ita fruuntur,  
ut Deo Creatori suo gratias referant infinitas;  
ita liberos suscipiant, ut intelligant se genuisse  
mortales; ita eosdem ad recte vivendi normam in-  
formant, ut noverint eis ad aeternae beatitudinis  
immortalitatem finem creatos. Felicissimam Te  
quodque omnes dicunt, ac praedicant Ser<sup>ma</sup> Archid.  
Maria tot Principum ac Reginarum optima pa-  
rens, quia liberos tuos tam sanctis institutis mode-

rari ac regis, ut Christianus orbis pie recteque uiuendi  
normam et disciplinam inde capiat uniuersus.

Quo fit, ut se se beatos existiment illi Reges, qui  
cum hac heretica progenie tua matrimonium uel ipsi  
contraxerint, uel a filiis suis contrahi procurauerint.  
seque omnia prospera porcepturos et populi sperent,  
qui felicissimis proles tuae auspicijs gubernentur.

Inuere igitur sanctiss. Virago in longissimum eum  
fecunditatis tuae suauissimo fructu, laetare tam  
generosas plantas in dies felicius crescere, ac  
tam gratum sanctitatis odorem in remotissimas terre  
partes effundere. eque enim locus est in orbe  
terrarum adeo reconditus, quem nominis tui splen-  
dor non illustrauerit? quae Regio adeo remota,  
quae singulares animi tui dotes non ueneretur?

quo

8  
quia gens adeo barbara, quae felicitatem istam tuam  
non admiretur? Siquidem tot iam es irradiata lu-  
minibus, quot liberos ipsa tuos regalibus decora-  
sti coronis. Cum autem in omni uita summam fue-  
ris laudem consecuta, hoc tempore humanam laudem  
omnem superare uideris; Etenim si in huius electio-  
ne Coniugij sanguinis nobilitatem, atque animorum  
mutuam beneuolentiam; si erga Deum pietatem, et in  
rebus gerendis prudentiam; si denique ceterarum  
uirtutum nitorem considerasti; haec omnia in  
filio tuo, eiusque stirpe excellenti quadam ra-  
tione inesse omnes luce clarius conspiciant.

Ex augustissimo sanguine Austriaco Ferdinandus  
est ortus, et antiquissimo Sclavorum germine Ma-  
ria Anna suae trahit nobilitatis originem;

Hic in sua familia plurima potest summorum Impe-  
ratorum stemmata enumerare. Illa domi etiā suae  
proprias cernit laureatas imagines. Hic uariarū  
linguarū ac scientiarum, quae hominem reddunt  
prudenter, notitiam habet; Illa ipsa est insigni-  
bus ornata; Hic orthodoxae Religionis cultor, ac  
strenuus defensor ab omnibus predicatur. Illa  
suorum religiosissimorum Parentum semper est imi-  
tata pietatem. Jam uero si huiusmodi animo-  
rum ornamenta firmissima sunt familiarum, et  
Regnorum praesidia; quid tandem de uobis Ser-  
m<sup>is</sup> Archid<sup>es</sup>. a nobis excogitari liceat, quod non ad  
magnam Dei gloriam; ad ingentem populorum  
Laetitiam, ad nominis uestri memoriam sempiternā,  
atq; ad Maiorum uestrorum perfectā emulationē

fu-

9  
futurum sit. Et sane, si Carolus Pater tuus, cuius  
nomen nulla unquam delebit obliuio, eiusque  
Fratres germani, Ferdinandus Archidux, et Ma-  
ximilianus Imperator inuictus, undē hic aduent  
uiui, non tam ad nouas acquirendas Palmas te  
cohortarentur, quam de multis a te iam acquisi-  
tis minime laetarentur. Simili quoque laetitia affi-  
ceretur Auius tuus uterq; Ferdinandus et Caro-  
lus Quintus, duo lumina Imperatoriae Maiesta-  
tis. Quod si ex Maiorum tuorum longissima serie  
paucos mihi liceat hodierno die commemorare;  
quo uultu, quibus oculis Te intuerentur omnes,  
si Te in hac nobilissima Principum cortina, hoc  
est in splendidissimo totius Europa theatro posi-  
tum, tot epitalamijs, tot panegyricis, tot eulogijs

celebrari conspicerent: si Philippus inquam Casalis  
Rex, huius Caroli quem modo nominavi Pater, si  
eiusdem Anus Maximilianus, et Federicus Abauus,  
eandem Imperij lauream coronati, hunc clarissimum  
Principum consensum lastrarent; agnoscerent pro-  
fecto Negotem, longo quidem annorum inter-  
uallo distantem, sed animi presentia, et rerum  
præclaræ gestarum imitatione coniunctissimum.  
Neque enim imbellem generant Aquila Columba.  
Age vero si hæc Hertum numero tres quoque  
alij accederent, Ernestus cognomento Ferreus,  
Leopoldus, qui a bonitate morum Bonus est  
appellatus, et Albertus præstantissimi Austria  
Duces; qui sanguinis lineam triplici gradu  
longiore tramite distinguunt. Si denique

hunc

70  
huius Alberti Fratris, Rudolfus Bohemia Rex,  
et Fridericus Imperator, unag; Genitor ipse Al-  
bertus nomine, qui Imperij gubernacula tenait,  
adiungerentur, quæ iudicia de tua incompara-  
bili virtute facerent omnes. Nec vero excluda-  
tur ab hoc ordine Rudolfus ille Princeps Has-  
burgensis Federici Imperatoris Tritaviti Trit-  
taurus, qui quadringentis penè ab hinc annis  
primus omnium in hanc Familiam Imperatorias  
faxes inuenit, easdemq; cum nominis sui for-  
tissimi auspicio, cum infinitis triumphorum palmis  
transmisit ad hunc Rudolfum Patruum tuum,  
qui nunc imperat, qui plurimis victorijs de im-  
manissimo Turearum Tyranno, communi Chri-  
stianorum hoste reportatis, Imperij sui fines feliciter

vel recuperavit, vel propagavit. Quem Deus opt. Max.  
ad feliciores quoque progressus, et clariores tri-  
umphos diu servet incolumem ac beatum. Si inquam  
haec Maiorum tuorum series, quos ordine consan-  
guinitatis recensui, hoc in loco adveniat, quibus  
verbis Te alloquerentur singuli? Una profecto  
esset omnium vox, una eademque sententia. Perge  
o nostra verissima Proles, quod tua te virtus trahit,  
haec tibi ad Astra parat viam; nec iam animi tui  
magnitudinem cum ulla re ab Hercule illo fortissi-  
mo Heroe fortiter gesta conferri posse iudicamus.  
Qui coelesti Numine tam bene munitus portenta  
longe maiora vel in ipso aetatis flore superabis.  
Effice, ut quae a Maioribus tuis Virtutum accepti  
exempla, Posteris quoque tuis a Te accipiant clariores.

Nunc

71  
Nunc vero ut ex hoc nobilissimo Theatro, in pater-  
tes campos laudum tuarum mea exeat oratio, et  
per amplissimas Provincias actioni tuae subiectas  
incuncta cogitatione nostri recurratur animi; quibus  
non videtur ad incredibiles animi tui dotes ex his  
bonis quae appellantur externa, magnum quoque  
felicitatis cumulum accedere? Nam si paulisper  
cogitemus. (Libere enim sunt cogitationes nostrae,  
et quaecumque volunt, vel temporis momento  
sibi ante oculos ponunt.) Si consideremus inquam  
quae sit harum Provinciarum amplitudo; quae Inco-  
larum multitudo; quae rerum omnium ad humana  
usum spectantium abundantia, quae Coeli benignitas  
et clementia; siue Istriam, in qua sumus, spectes  
universam; siue Carinthiam, Carniolamque circumas

siue ad maritimas usque Dalmatiae oras protensas, quot  
Provincias, tot Regna appellabis. Camporum percurrere  
planities summorum montium perlustra cacumina,  
ubique Ceres, ubique Bacchus, ubique Pandora  
frumenti ubertatem, uini fertilitatem, omnisque ge-  
neris fructuum suauitatem suis cultoribus prae-  
bent avidae, usque adeo, ut finitima quoque  
Regiones maxima inde capiant humanae uitae  
praecidia. At Metallorum quam multis in locis co-  
pia cernitur! quam magna uenarum uarietas;  
ut iam tellus omnis non tam de fructuum incun-  
ditate cum externis regionibus certare, quam de  
diuitiarum utilitate secum ipsa contendere uide-  
atur. Nec pretereantur nobilissimi Comitatus  
Tyrolis et Genetiae, qui pariter ut ipsae res,  
quas

12  
quas breuiter commemoravi abundant, ita fortissi-  
mis uiris in primis florent. Itaque dum singula  
felicitatis tuae incrementa perpendimus, uehe-  
menter afficimur et recreamur; uerum cum in  
Te unum mentis oculos conijcimus, eximias uir-  
tutes tuas summo opere admiramur; si enim  
morum suauitate, affabilitate, ac sapientia  
prestas, ut hominum animos ad te amandum om-  
nig; obsequia prosequendum concilies; ita in  
rebus arduis peragendis, constantia et fortitu-  
dine incredibili tui similis existis, ut diuino po-  
tius auxilio communitus de hostibus triumphare,  
quam de ullis armorum strepitu trepidare uiden-  
ris; eo integritatis et innocentiae candore istam tuam  
Florentem reatam transigisti, ut integer uitae atque

ab omni scelus labe purus ab omnibus existimaris;  
eo denique pietatis ardore populorum tuorum salutem  
diu nocturne inuigilas, ut vindex catholicae Reli-  
gionis et Pater Patriae merito appelleris. Cum  
igitur Maximum tuorum idem sit de invicta ani-  
mi tui fortitudine iudicium, quod Christiani Prin-  
cipes omnes de reliquis tuis maximis virtuti-  
bus faciunt; cum communis sit propinquorum,  
et amicorum letitia, eademque subditorum, et exter-  
norum populorum de his Hymeneis congratulatio;  
reliquum est, ut a Deo Opt. Max. a quo omne  
donum optimum descendit, Tibi Ser.<sup>mo</sup> Archid.  
Ferdinando, tuæq. Ser.<sup>ma</sup> sponse Mariae Annae  
longam vitam diuturnitatem, optatae proles fecun-  
ditatem, veramque omnium prosperitatem votis

13  
omnibus precemur. et quoniam tam foelix initium  
huic Matrimonio hic Annus dedit, qui sanctus  
dicitur, quo Sancta Mater Ecclesia Divina  
Clementia thesauros tam liberaliter aperit, et  
Christi Fidelium pectora ingenti iubilo, ueragius  
laetitia complet, ita reliqui anni aurei nostri  
Saeculi succedant foelicissimi.









